LECTORI
AEQVO ET ERVDITO
S. D.
Io. Auguſtus Erneſti

Etſi non habeo magnopere, quod mihi de hac quarta Initiorum meorum editione dicendum videatur: nam voluptas, quam e crebra libelli repetitione capio, non mea cauſſa, aut vanitate, qua nimis facile tanguntur ſcriptores, ſed quod intelligo, multos eſſe, qui hanc eleganter politeque philoſophandi rationem probent, ſeque ac ſtudioſos ſapientiae a barbarorum inſcitia et inhumanitate ſeiungi cupiant; ea igitur voluptas ad alios non admodum pertinet: tamen nolui hunc